

PETRVS TRADONICVS<sup>25</sup>  
DUX XII.

Electus Anno 837. Obiit Anno 866.

INSCRIPTIO ANTIQVA.

In Dalmatas & Saracenos Mare Superum infestantes clasem instruxi. Apud  
ædem S. Zacharie interrenuptis occubui.

XII



**J**oanne mortuo Participatio Petrus subrogatur Tradonicus reluctans & invitus, qui Pola oriundus, ex Aequilio pulsus Gallico tumultu suo cruento consperitus victor venerat Rivum Altum. Vndeque in eum illico confluxere barbari, Narentani, Mauri, Saraceni, in quos movit sed Marte infelici: Classem tamen instaurat Duce Ioanne filio suo, quem Collegam adsciverat, ut irruenti Fortunæ fortiorum clypeum objiceret: qui sanè fæliciori pugnavit auspicio. In accolâ Benaci Lacus pro Veronensibus tercia expeditio in spetiem potius triumphi, quam certaminis. Pacem namque sanguine scripsit hostili, & Belli faces, ubi exarserant, demersit. In Sarace-